

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

III.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Eum Alsenburgi, seu in castro Vindonise habitasse scribit Jacobus Manlius in Chron. de orig. Imp. Maximil. obiit an. 677. uxorem ei Manzius tribuit Roximundam, alibi Euphemiam, Latus vero Luitgardin nominat, Guzoniis Suevia Ducis filiam, Divi Galli precibus a Demonis obsidione liberatam, qua comitatum Nannagensem etc. ad Henricum tulerit in dotem. Suorum liberos, Latus et Gebviterus unicum genuisse filium Babonem volunt, alij vero quatuor ipsis tribuunt, Babonem, Ottoberum II. Rembertum, et Obertum Augia abbatem: Manlius, cujus sententia veriore arbitror, duos nominat, Ambrinctum seu Ambertum, et Rothardum; Rothardus vero, quem alij Rothkerum, quidam Rothbertum nominant, edificavit Rothasburgum, cujus ruina et rudera adhuc exstant, in jurisdictione et bonis Monasterij S. Truperti, et obiit

NB.

III. Ambrintus seu Ambert, comes Vindonise et Alsenburgi, ob. an. C. 688. De ipso et de Rothardo fratre memoria alia nulla reperitur, quam quod, monio S. Truperti amplificato, prope illud Ambringen condiderit

IV. Hettobert, insignis miles, interfectus est in bello Alemanico inter Marcellum et Manfredum gesto, an. 724. reliquisse 3. filios scribitur, Rambertum, Gebbonem, Hettonem; Gebbo Alsatiam tenuit, et in propagato stemate obiit. Anno C. 767. Hetto III. filius in D. Pirminij disciplinam se tradidit, et in Augia Benedicti Ordinem professus, maxima de se opinionem virtutis etiam in adolescentia suscitavit, adeo ut eum Pirminij a Theobaldo Goffredi Hemanis Ducis filio peteret, et constitutus sit secundus Augia Abbas, relegatur in, postea ab eodem Duce, sed restitutus a Carolo, brevi ex